X 457

Plewka — Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Braslaviensis personaliter comparens Nobilis Catherina filia olim Joannis Plewka relicta olim Nobilis Jacobi Serafinczyk Szepietowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae Joannis Plewka fratri germano et eius posteris Bona sua omnia mobillia ac immobillia in haereditate Mysthi consistentia et post olim Dominam Barbaram filiam olim Dominici Mystki matrem suam inter alios consuccessores legitime concernentia, in agris, hortis, aedificiis, agris campis pratis sylvis borris rubetis et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate nihil sibi aut successoribus suis reservando, pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Qui iam ex nunc in eorum realem corporalem ac pacificam possessionem per ministerialem Regni Clementem Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumcunque personarum propinquarum et remotarum per et contra omnes praescriptiones ... cavet et se debere generaliter omnibus ... defendere evincere sub damnis terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum iuris remediis et defensis sedem abscribendo et abrenunciando.

Dzierzek — Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Braslaviensis personaliter comparens Nobilis Bartholomaeus olim Stanislai Chodowski de Chodi antiqua ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Thomas olim Jacobi Dzierzek summam octo sexagenarum polonicalium debiti sibi recognoscenti per eundem inscripti ex integro eandem summam exolvit. Ideoque ipsum quietat, emcitat inscriptionemque eiusmodi cassat annihilat perpetuis.

Plonka Koscielna — Oblicatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Braslaviensis personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Stanislai Plonski de Plonka Ecclesiastica haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto filio Martini Zapinski de Zapy ... haeredi eiusque posteris bonorum suorum immobillium in haereditate Plonka Koscielna sittorum in campo quatuor sulcos incipientes a granicie Strumienska ad alias pessulas tendentes inter metas Nobilis Gregorii Janek et Joannis fratris sui iacentes, item in alio campo tres sulcos incipientes a granicie Gozowska ad alias pessulas tendentes inter metas Nobilis Nicolai Samailik et Joannis fratris sui iacentes, item in loco dicto Pogorzalka octo sulcos incipientes a meta ad granicien Zapinska protendentes inter metas Nobilis Gregorii Janek et Joannis fratris sui iacentes, cum pratis sylvis et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in quatuor sexagenis polonicalibus hinc ad exemptionem et summae praefatae integram exolutionem obligavit ... eaque ex nunc officio acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem ... ab omni impedimento cavet sub vadio simili ... teneri ... termino peremptoria responsione ... iuris remediis ...